

Q. B. V.

THESES PHILOSOPHICAE.

De

# COMPETENTE PHILOSOPHI JVDICE,

Quas

Consent. Ampliss. Facult. Philos. in Acad. Aboensi.

Sub PRÆSIDIO

Mag. NICOLAI HASSELBOM  
Mathein. Profess. Reg. & Ord.

PRO GRADV

*Publice Ventilandas sifit*

*STIPENDIARIVS REGIVS*

ABRAHAMVS FROSTERVS

*Ostrobothniensis.*

Ad diem 22 Februar. Anni Christ. 1738.

*Loco, horis que antemeridiem consuetis.*

---

ABOÆ, Excid. Joh. Kiämpe, Reg. Acad. Typogr.

S: x R: x M: tis  
Magna Fidei VIRO,  
Reuerendissimo Domino,

# D. JONÆ FAHLENIO

S. Theologiæ Doctori Celeberrimo, Dioecesos Aboensis Episcopo Eminentissimo, Venerandi Consistorii Ecccl. Præsidi Grauissimo, Scholarum per totam dioecesin Ephoro Accuratissimo,

CONSTANTEM FELICITATEM ET ANNOS!

Quod infactus biece, & vix dum satis purgatus, fœtus ad fugida Tua, Pater Reuerendissime, limina submisæ adrepit, id quidem certe non propria sua, sed inusitate Tuæ in auctorem gratie facit fiducia. Etenim illas inter virtutes, quarum satellitio suauissimo, in tante Tuæ dignitatis adsercionem, stipasus es, caput facile effert illa, qua nouercantis fortune iniuriis proffos foues tenerrime, & accollis benignis.

benignissime. Novit hanc in Te, Reuerendissime Domi-  
ne Episcope, laudem omnem transgresam virtutem Patria,  
testatur Ecclesia, celebrat Academia, celebrabit quoque inte-  
gra illibataque, si qua erit posteritas, voca. Sed si cui hanc  
extollendi materies data est atque occasio, mibi profecto cu-  
mulatione ea contigit mensura, cuius tenuissimas spes affectu.  
non dicam gratiose, sed vere paterno sustentasti & fortune  
Tuæ viribus, ultra merita mea, confirmare dignatus es.  
Quæ summa gratissimi animi letitia dum expendo, mecum-  
que voluo tacitus, non hoc fœtu, cœu pullo columbino, litan-  
dum mihi fuisse equidem intelligo. Scilicet maiora Tibi &  
mascula thura, virtutibus paria, meritis debita, offerenda  
essent. At vero ut Tuæ. Pater Reuerendissime, sortis  
eminentia maiora a me non desiderat; ita neque mea tenu-  
itas, & parcior ingenii ræsa, grandiora admittit. Te in-  
taque, Reuerendissime Due. Doctor & Episcope,  
veneror, ne tantillum voti mei monimentum, non suo appa-  
ratu nec argumenti nobilitate, sed offerentis unice estiman-  
dum pœtate, asperneris. Sic macte Tuo in me ingenti me-  
rico; faue benefiis Tuis, iisque perpetuitatem adde. Sic,  
scio recte omnes viuideque mentes, quarum integratati non  
solum ex conscientia merces, sed etiam idem a Te paratum  
premium, supplices mecum orbis uniuersi venerabuntur Re-  
ctorem, ut tantum decus, quod in Te rebus nostris inest,  
diu incolume superesse vellet!

## REVERENDISSIMI NOMINIS TIVI

Clement deuotissimus  
Abrahamus Frosterus.

Nobilissimo & Amplissimo Domino,  
**D<sub>N</sub>: S A M V E L I**  
**FORSEEN,**

Secretario Prouinciarum Aboensis, Biörneburgensis  
& Alandicæ Accuratisimo, Solertissimo,  
Fautori Litterarum,  
& Nutritio suo Benignissimo,

LONGAM PROSPERÆ VITÆ VSVRAM!

A Fortuna sepius, quam a iudicio, proficiunt munera, de muneribus plurius qui accurato iudicauerit sensu, verum experietur. Horum haec, inter alia, sunt momenta, hic quasi communis sensus: tempus, locum, personas obseruent. At vel haec in tenui quam sepe deficiunt re? Quid igitur? sum re & animus concidet? Meliora precepto. Careant mu-

nera.

vera cum tempore, cum loco, cum personis sua conuenientia; sua tamen bone voluntatis opulentia merito carere non debent. Hinc olim, hodie quoque, apud nobiliores mortalium, que illorum est ingenita animi altitudo, non dantis animum ex datis, sed ex animo commendari data videar. Affer alius ex grege lac, alius ex agro fruges, omnes illius rei frumentum, in qua paranda occupantur; animum siniem dissimili munere, declaraturi. Et plerisque bene cadit aea, pio ubi ex affectu res estimatur, susceptionis benignitate oblationis ubi subleuatur exilis. Quae ipsa ego intra animis volvens penetralia, eandem fortunam tento, basque chartacei operis lacinias, aduncia consutae manu, Tibi Vir Amplissime, submissa obseruantie studio, loco qualiscunque munusculi, deferro. Quod se Tuo maxime exas iato, singulis articulis, computaueris iudicio, ex gratia in fastilium tare tenue munus facile ibit: cum neque opportunitate sua, neque exacta cum Tua Amplitudine conuenientia, Tuis se insinuare gracie vbris queat. Taceo, quod sis quoque, qua in me contulisti, maioribus beneficiis haud respondeat. Verum enim vero in barum rerum, meeque tenuitatis, conscientia, una m spes sustentat, Te, Patrone Benignissime, gratiam clientis Tui mentem studio & pietate, non mole, nec libamenti prelio estimaturum. Sic porro fortune casibus adficta mens, Tuis refocillata fauoris radiis, pro Tua, Familiaeque Amplissime salute & perenni flore vota constanter nuncupabit ardenterissima

NOBILISSIMI ATQVE AMPLISSIMI NOMI.  
NIS TVI

Cultor humillimus  
Abrahamus Frosterus.

Baco de Verulam. in Sermon. Fidel. de Veritat.

**I**ntellectus humanus, dum causas secundas in-  
tuetur sparsas, interdum iis adquiescere potest,  
nec ulterius penetrare; verum cum tandem cate-  
nam earum, connexarum inter se, Et confoede-  
ratarum, contemplari pergit, necesse habet confu-  
gere ad prouidentiam Deitatem. Et hoc i-  
psum est coelo in terris frui, quando mens hu-  
mana in caritate mouetur, in prouidentia quie-  
scit, Et supra polos veritatis circumfertur.

*I. N. J.*

*§. I.*

**P**HILOSOPHUS, omnium consensu, sic dicitur, qui scientifice ex rerum naturis rationem exponit, cur & quatenus aliquid esse, vel fieri possit.

Ab antiquis retro seculis varie colluctatum sicut cum philosophis, qui vel inania, nulliusq; virtutis feracia proferebant, vel ad minimum eandem impediabant, donec viri, solidam veritatem magis magisque amantes, errores eorum corrigendos sumiere, ne technis quibusuis scientias vtiles moresque bonos porro corrumperent. Videbant enim homines tunc tandem Janus philosophaturos, si tetris verborum monstris, eorumque nutricibus, mores animi putaprauos, in perpetuum exsilium actis, & soliditati & moribus studere ardentius inciperent.

*§. II.*

**S**CIENTIFICE aliquid exponimus, quando i-  
dem

dem promte deducimus, ex principiis eviden-  
tibus & immotis, per legitimas ratiocinationis  
consequencias.

§. III.

**P**ro PRINCIPIS evidentibus & immotis ha-  
bentur notiones rerum determinatae ac di-  
stinctae, seu definitiones exalciatae, communissima  
axiomata, seu veritates vniuersales, propositiones  
anteriores demonstratae, immo experientiae in-  
dubitatae, quibus tanquam certis, atque omni-  
bus in confessio positis veritatum demonstranda-  
rum præmissis, seu fundamentis utimur.

Per LEGITIMAM AUTEM RATIOCCINATI-  
ONIS CONSEQUENTIAM intelligimus unius  
vel plurium syllogismorum inter se concatenato-  
rum seriem, quibus aliquid ex aliis, tanquam  
præmissis siue anterioribus, rite positis colligitur.  
Ast PROMTE vel expedite dogmata sua propo-  
nere censebitur philosophus, Si 1:o acumine, ne  
notiones ex obiectis formans easdem confundat,  
2:o profunditate, quo notiones comparatas distin-  
ctas in alias simpliciores continuo resoluat. 3:o  
memoria, ut principia isthac resoluta facilius re-  
cognoscatur.

<sup>3</sup>  
cognoscatur, ac ~~4:0~~ soliditate, quo ratiocinia hinc  
distinctius connectat, instructus est. Ergo philo-  
sophi, dogmata scientificæ exponentis, criterium  
primum constituent hæc quatuor: acumen, pro-  
funditas, memoria ac soliditas.

§. IV.

**P**ER NATURAM RERUM hoc loco intelligo  
rerum essentias, seu quod idem est, illud  
primum constitutuum in re, vnde intelligimus  
rem obuiam ita affectam esse, & non aliter.

Homini cuilibet concessum est, ut, quam primum  
terminum quandam audiat nominari, statim ex na-  
turali intelligendi vi inquirat, qualis eiusdem pote-  
stas & valor sit; dehinc, prouti rem hanc tali affe-  
ctam indole sive constitutione videt, eidem porro ta-  
lia quoque adiungat atque tribuat, qualia ipsius rei  
indoles ex se determinet: quare cum rem hanc ob-  
uiam, vi istarum determinationum naturalium, sive  
attributorum in ipsius rei natura adeo fundato-  
rum, agnoscat huic vel illi speciei, huic vel illi gene-  
ri assignari, statim quoque horum cognatas compa-  
ratasque antea notiones, cum eadem connectit: quo  
autem plurib<sup>9</sup> hoc genus & hanc speciem notionibus  
scatere videat, tanto amplius veritatum systema se na-  
tum esse gaudet homo: vt adeo non possit non in rei  
essentiam primum inquirere, ac pro eius ratione sin-

**4** gula illinc derivare, quæ eidem insunt, vel inesse possunt.

S. V.

**E**A in essentialibus rerum constitutionibus insunt vel inesse possunt, quæ sufficienti modo ex iisdem determinantur. Ergo in essentialibus rerum continetur ratio, cur aliquid iisdem competit, nimirum, ut unum presupponat alterum & alterum rursus aliud, & sic porro; adeo ut unum ex altero nexu continuo deducatur, quatenus illud sufficienti ratione ex hoc, & hoc iterum ex alio determinetur; Ut sic igitur philosopho, veritatum nexus inspecturo, necesse sit nosce, vi cuius determinationis hoc vel illud praedictum de re quapiam valeat.

S. VI.

**H**Inc philosophus etiam ex rerum naturis rationem redditurus, cur aliquid esse possit, extra naturæ sphæram non vagatur, sed quam maxime intra; cum nempe, definitionum accuratum ac demonstrationum ope, consequentiam ac nexus veritatum naturalem quam rigidissime obseruat, quod philosophi criterion alterum esto;

Ca:

Cavendum philosopho, omni qua potest opera,  
ne per errorem eiusmodi principia ex rerum naturis  
formet, quæ ibidem minime continentur. Par enim  
errorum ac veritatum, dum demonstrantur, ratio  
est; adeo ut ex errore capitali uno plures alii demon-  
strativa quadam ratione deduci queant, quod etiam  
Spinolæ, miserrimi illius hominis, ex principiis fal-  
sis errorum systema condentis, exemplo cuius per-  
spicuum. quare philosophum ex rerum essentiis o-  
mnia depromere oportere affirmauimus. Dum au-  
tem rigidissimam veritatum nexus obseruantiam phi-  
losopho iniungimus, non hoc intendimus, vt scio-  
lum agat, summa imis miscendo, hoc enim esset  
a' φιλοσοφο', sed ut intelligibili modo ostendat, quomo-  
do vnum ab altero determinetur, siue quomodo vni-  
us rei cognitio a cognitione alterius pendeat. Ni-  
mirum, definitiones præcedere debent, quarum de-  
finita ingrediuntur tanquam notæ definitiones alias:  
ita enim & definitiones sequentes intelliguntur per  
antecedentes, & circulus in definiendo euitatur, me-  
thodo demonstratiæ maxime aduersus. Similiter  
propositiones præcedere debent, quæ tanquam prin-  
cipia ingrediuntur aliarum demonstrationes: ita e-  
nim & principia certa sunt & circulus in demon-  
strando euitatur, methodo demonstratiæ e diamet-  
ro aduersus. Quamobrem ordo sua lese Iponte of-  
fert, vbi demonstrationes condere aggredieris. Quam-  
primum enim principiis opus habes, quæ in anterio-  
ribus demonstrata nondum sunt, ea propositioni, quæ  
præ

præ manibus est, præmittenda esse appareat. Quod si demonstrationē huius propositionis denuo ingrediuntur aliæ, quas in anterioribus nondum exposuisti; hæ ipsæ quoque eidem præmittendæ erunt, donec ad tales peruerteris, ad quas demonstrandas principiis aliis opus non habes, quam quæ ex anterioribus assumere licet. Qui disciplinas ad formam demonstratiuam reuocarunt, illi recordabuntur te ad ordinandas propositiones aliis regulis non habuisse opus. Ita habet Celeber. Wolfius in Horis subsecuuis Marburg, A: 1730. Trimestr. Brumal. N. II. §. 9.

§. VII.

**S**unt etiam nonnulla, quæ quidem rei oblatæ adscribuntur, eidem tamen naturali connubio non adhærent, sed ex conditionato quodam statu inesse intelliguntur, quæ accidentia vel modi, atque horum prædicationes modificationes rei nuncupantur. Sunt adhæc multa in rerum naturis, quorum accuratæ dari non possunt definitiones, adeoque in mysteria abeunt, ad quorum notitiam incompletis quidem obseruationibus accedimus, minus tamen complete possumus exponere, nisi in quantum notiones nostræ incompletæ veritatibus aliis, connubium cum ipsis habentibus, conformes quomodo cunque

maneant, ut cum subiectu strucimur sint.

sint. Quamobrem tamdiu sumuntur pro veris,  
quoad ansam præbeant alicuius inquirendæ veri-  
tatis; atque hac ratione sententia formatae *hy-  
potheses* audiunt. Quoniam itaque philosophi est  
ex rerum naturis rationem reddere quatenus a  
liquid fieri possit (§. I.) patet eundem intelligi-  
bili modo ostendere posse & debere statum con-  
ditionatum prædicatorum accidentalium, atque  
hypotheses non nisi in tantum admittere, in  
quantum ansam illi præbeant inquirendarum  
completarum magis notionum siue veritatum.  
Quod criterion philosophi esto tertium.

## §. VIII

**D**IUDICARE QUIDPIAM tunc dicimur,  
quando in illud inquirimus, num tale sit,  
quale esse dicitur. Qui itaque iudicium de re  
quapiam ferre poterit, is 1:o sufficienti eius rei,  
de qua controversia est, cognitione instrutus  
erit, & 2:o habebit facultatem inquirendi in rem  
obuiam, num ibidem tales contineantur notæ  
vel criteria, quæ rem aperte talem produnt,  
qualis proponitur.

## §. IX.

## §. IX.

**S**olus philosophus philosophum diiudicabit. Qui diiudicabit aliquid, eum oportebit rem probe cognoscere de qua quæstio est, atque insuper facultate inquirendi esse instructum (§. 8.) ergo philosophum diiudicaturus philosophi critica probe cognoscat, & facultate iam laudata gaudeat oportet. Quare cum philosophi critica sint 1:0 acumen, profunditas, memoria ac soliditas (§. 3.) 2:0 mutua & naturalis veritatum coordinatio (§. 6.) & 3:0 hypothesium sana constructio & usus (§. 7.) ergo diiudicans eo ipso habebit & ipse isthæc critica, quo possit ea in alio dignoscere. Iam vero isthæc critica per se sola philosophum constituunt (per demonstrata), erit itaque solus philosophus: *Philosophum itaq; solus philosophus diiudicabit.* Q. E. D.


Nemo mirabitur nos tam audacter de competenti philosophi iudice locutos, cum ipsa diiudications consideratio ita nos urget (§. 8.) Scio quidem a multis multa hic obiici, præfertim iis, qui philosophiam illam miseram pronuntiant, quam putant non posse intelligi nisi ab asseclis; bonos tamen omnes in hanc sententiam nobiscum ituros spero, qui æqua iudicij lance rem perpendunt. Reliquis vero, qui philo-

sopho huic vel illi adhærent, quia palam laudari sollet, aut illum vituperent, quippe quem sciunt vituperari, suo abundare sensu permittimus. Hoc tandem innuo diiudicandi hocce munus non iuuenum arbitris relinquendum; ætas enim illos nondum acuit; sed versatissimos in philosophia viros, eosque canidos, hic labor omnino desiderat. Hic subsisto, cum Buchanano Poeta vouens (a)

*Mibi per anfractus vagos  
Vite, salebras inter e<sup>t</sup> tenebras, iter  
Ostende rectum: e<sup>t</sup> erutum sequacibus  
Erroris undis, præcio lucis Tue  
Splendore, deduc veritatis in viam!  
Te nempe ab uno pendo spe; Te Deum  
Unum e<sup>t</sup> salutis columnen agnosco me.*

(a) Paraphr. Psalm. XXXV.

B



## EPIMETRA.

## I.

**Q**uoniam homo non possit non cogitare, ex suis ratiocinans principiis, connectendo scilicet ope definitionum qualiumcunque propositiones obuias cum rebus utcunque conuenientes: sequitur quod Deus hanc cogitandi facultatem naturalem hominibus concederit. Vnde & finem illum habuisse aliquem colligitur.

## II.

**Q**uare cum infinitam suam gloriam in creatione & ordine huius mundi, quasi in quodam speculo manifestatam, creaturis rationalibus vbiq; percipiendo præbeat, adeoque felicitatem eorum hoc modo consequendam intenderit. Ergo hominum cogitantium finis erit indagatio perfectionum Diuinorum, simulque felicitatis illorum mutuae procuratio.

## III.

**H**inc philosophiæ, sive rationis culturam, hoc fine institutam, veram & fructuosam maxime iudicamus.

## IV.

**P**hilosophiæ usum in omni vitæ genere experiri licet, partim in veritatis cognitione adquirenda, partim in veritate cognita ad casus obuios applicanda.

## V.

## V.

**Q**uam ob caussam solidam rationis, & morum culturam in iuuentute simul & vna capescendam esse affirmamus nam quales notiones de scientiis ac virtute imbibant iuuenes, vel qualia morum exempla, in domibus parentum, vel alibi, contemplantes sibi fecerint propria, tales etiam reipublicæ & ecclesiæ ciues vel ministri futuri sunt.

## VI.

**Q**uoniam vero homo omnis, intelligibili modo veritatum nexum inspecturus, non possit non a principiis ad principiata, h. e. a notionibus siue definitionibus, naturam rerum explicantibus, ad iudicia, a iudiciis vero ad consequentias siue conclusiones, nexus naturali, pergere: methodum hanc naturalem, vel si maius systematicam, studiorum rationalium animam appellare audeo. Hinc etiam iuuenes huic methodo adsuefaciendi: modo ad viuam rerum experientiam & virtutem innocuam vna, vt diximus, manuducantur; ne intelligendi huiusmodi ratio, apud ipsos, in phantasmata & technas potius, quam in veritatum percipiendarum tractandarumque rationem faciliorem abeat.

## VII.

**I**Am vero homo quilibet sapiens certo certius intelligit, in hoc rerum statu, se nec mutuæ felicitati obtinendæ satis prospicere posse, nisi maius intelligentiæ lumen illi ex alto oriatur; nec Diuinis boni-

12  
bonitatibus & magnificentia delectari satis posse, ma-  
nente ipsius & sociorum culpa, ac tremebunda iusta  
poena, nisi sciat easdem e medio esse sublatas.  
Ergo verus philosophus factam a DEO reuelatio-  
nem, siue verbum DEI scriptum, pro fastigio scien-  
tiae summo aude arripit, simulque per Christum  
Redemptorem DEO associari intime cupit.

SOLI DEO GLORIA.



## Sinom Högtårade käre Broder.

**M**Enn'stio tänkar, utan ankar,  
Swäfwa uti lustans haaf  
Så i tyckens diup i qwaf:  
En full ramlar, en kring famlar  
Efter våder, sinnens flöder.  
Ed far mången opp och ner,  
Luis han sig bedragen het.

Wijshets styrka de påyrckas,  
Som väl kant des element,  
Och des lustra regement,  
Hon en fägnad är och hägnad,  
Sinnens födsel, kropjens skögd:  
Evigheten hennes frögd,  
Döjt hon iftar glad och nögd..

Hennes fäste, bo och näste  
Grundar sig på HERRUNGS wärck i  
Sielfwa sannings diupet, märck;  
Det där HERRGE sib'r' och smärre  
Creaturen i naturen  
Hvarje gifvit sina stück,  
Sino lag til minsta pric.

Och hos lyknen, art och könnes  
Fordra en god ordnings längd,  
Som hvarje jämkar i sin mångd  
Til sin stämma, rum och timma;  
Til sitt slächte, så utkläkte,  
At hvarri i sin ordnings stock  
Kännes, som en sannings flock.

Dåraf kännes och utnämnes  
Hwad til SJÄLEN höstres väl:  
Hwad hålsl med grundryka skål

I naturen, creaturen  
Henne lyser, at hon myser  
Att det mähl, dýt i sin gång  
Alt afgår med nöjen mäng.

Här urmanes och upanet,  
GJINNEN til all munterhet,  
Av Guds ordnings liuslighet.  
KROPSENS söda: lif och gröda.  
Gialla lusten, jord och klyftan  
Skickligt os meddela wil,  
Tå vi lägge mödan til.

All värre wandel, värck och handel,  
Vör os i slik ordning åd,  
Och ej regle, löst kringgå:  
Hwars ens åhra, konst och lärta,  
Skall os laga, böja, draga  
Til at hålla harmonie,  
Som är SÄRSKAPS lif och frid.

Men at fåanna och utnämna  
Hvart kings art och ordnings lag;  
Sleer ej bröt med några tag:  
Hårtill höfves och bepröfves  
Achtsamt sinne, tråfligt minne;  
Grundfast tanka pröfvar alt  
Ester inre wicht och halt.

Gamma driftens ester Skriften,  
Som af Bror utgifwen är:  
Hwad godt Philosophen lär,  
Hwad deh tankar är och ankar,  
Hwad deh snille, art och gille,  
Hwaraf han bepröfwas bör  
Om han fant i svididen för.

Gassning driftens och framgås

Ha ej alla lila lårt;  
Mången har för sant och lårt  
Hvad deß lycka, thicks besminda;  
Hvad deß nöjen, art och löjen,  
Något när upfylla kan  
Håller han för godt och sant.

HERREN räde Dig med nåde,  
Broder i Din Värdoms gång,  
Lils Du lefvat åhren mång!  
För den fägnad, roo och hängnad  
Du bewisat mig, war prisad  
Af Din trogna kåra Brodor,  
Som med nöje hos Dig boor.

Johan Frosterus,



ourself in it

